

## Epreuve écrite

**Examen de fin d'études secondaires 2011**

**Section:** toutes

**Branche:** latin

**Numéro d'ordre du candidat**

---

### A) Texte connu: L'éruption du Vésuve et la mort de Pline l'Ancien (30pts)

[Pline le Jeune, *Lettres*, VI, 16]

Jam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior densiorque; quam tamen faces multae variaque lumina solabantur. Placuit egredi in litus et ex proximo adspicere ecquid jam mare admitteret; quod adhuc vastum et adversum permanebat. Ibi super abjectum linteum recubans semel atque iterum frigidam poposcit hausitque. Deinde flammae flammarumque praenuntius odor sulphuris alios in fugam vertunt, excitant illum. Innitens servulis duobus adsurrexit et statim concidit, ut ego colligo, crassiore caligine spiritu obstructo clausoque stomacho, qui illi natura invalidus et angustus et frequenter interaestuans erat. Ubi dies redditus (is ab eo quem novissime viderat tertius), corpus inventum integrum, illaesum opertumque ut fuerat indutus; habitus corporis quiescenti quam defuncto similior.

[108 mots]

### B) Texte inconnu (30pts) : Contre la loi du talion

*La vengeance est un des prétextes qui servent aux hommes pour excuser leurs violences. Sénèque oppose à cette attitude vulgaire la noble attitude du sage. Il donne l'exemple de Caton.*

« At enim ira habet aliquam voluptatem et dulce est dolorem reddere. » Minime: non enim ut in beneficiis honestum est merita meritis repensare, ita injurias injuriis. Illic vinci turpe est, hic vincere. [...]

5 M. Catonem in balineo quidam percussit imprudens – quis enim illi sciens faceret injuriam? postea satis facienti Cato: « non memini » inquit « me percussum ». Melius putavit non agnoscere quam vindicare. « Nihil » inquit « illi post tantam petulantiam mali factum est? » immo multum boni: coepit Catonem nosse. Magni animi est injurias despiciere; ultionis contumeliosissimum genus est non esse visum dignum, ex quo peteretur ultio. Multi leves injurias altius sibi demisere, dum  
10 vindicant: ille magnus et nobilis, qui more magnae ferae latratus minutorum canum securus exaudit.

[SEN., *De ira*, II, 32, 1-3 – 112 mots]

#### Vocabulaire

- 1.2 repenso, as, are, avi, atum : compenser
- 1.4 balineum, i, n. : bain, bains publics  
percutio, is, ere, -cussi, -cussum : frapper
- 1.5 satis facere : donner satisfaction à qqn, lui faire agréer des excuses > s'excuser
- 1.6 agnosco, is, ere, -novi, -nitum : reconnaître  
vindico, as, are, avi, atum : ici : venger, punir
- 1.7 petulantia, ae, f. : insolence, impudence, effronterie
- 1.8 ultio, onis, f. : vengeance
- 1.9 demitto, is, ere, -misi, -missum : enfoncer
- 1.10 latratus, us, m. : aboiement  
minutus, a, um : petit, menu
- 1.11 securus, a, um : exempt de soucis, sans inquiétude, calme